

Polyanthea Sacra

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis,
Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis,
eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et
Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

Spanner, Andreas

Augustae Vindelicorum, 1702

§. 8. Earum periculum consortium, affatus, auditus. Ex Veteri. Novo.
Patribus, & aliis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79340](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-79340)

§. VIII.

*Cum feminis periculosem confortium,
affatus , auditus.*

Ex Veteri.

Deditq; viro suo , qui comedit. Gen. 3. 6.

Eva, ut tentaret Adamum, n̄e verbum quidem protulit; sed tantum comedens deditq; viro suo , qui comedat. Cur hoc? quia vehementer est tentatio per feminam, quām per diabolum: adēque quod diabolus vix potuit efficiere multis verbis cum Eva, potuit feminam sine verbis; & in viro insuper constantioris virtutis Mendoza in 1. Reg. annot. 8.

*Huiuscmodi verbia - mulier molesta erat
adolecenti.* Gen. 39. 10. Adulterinus sermo juvenilæ nodus adolescentium est. Verba adolescentis vincula sunt amoris. Vicit hunc ignem Joseph, quando eam adulterij cupida mulier allocuta est: voluit eum capere sermone, misit loquos labiorum suorum; sed pudicum virum ligare non potuit. Solvit enim vincula mulieris vox pudoris, sermo gravitatis, habena cauteles, fidei custodia, castimonia disciplina. Capere igitur eum retribus suis impudica non potuit: misit manū, & apprehendit vestem ejus, ut fortius nodum stringeret. S. Ambrosius l. 1. de poenit. c. 13. Non sic admirabile mihi videtur esse, tres pueros illos in medio Babylonica fornacis ignem viciſe, illæſis eorum corporibus; ut mirabile, & rarum est, quod iultus iste, qui in fornacem hanc, Babylonica multo graviorem, in incontinentiam inquam Ægyptiæ incidit, & intactus permanit; purisque castitatis indumento servatus exiit. S. Chrysostom. hom. 44 in Gen.

Quid populus tuus populo huic facies? Num. 24. 14. q. d. Video, me per auguria Israëlitis nocere non posse. Discedens ergo dabo tibi ò Balac consilium; quō per mulieres Israëlitæ ad cultum Belphegor allificantur, itaq; pardantur: hoc enim consilium suggestum Balaam patet c. 31. 16 & Apoc. 2. 14. idque successisse patet capite sequenti v. 1. ita Theodoretoſus q. 45. S. August. q. 60. volebat Balaam regi favoris, arique avidus, Israëlitas divinō præſidiō; ijsque bonis, quæ de eis vaticinatus erat, orbare: ad hoc ei optima ratio visa, si Israëlitæ pertraherentur ad luxuriam. Sufit igitur, ut mulieres pulcherrimæ Moabitides, & Madianitides, colligarentur tanquam cibos venditurae, aut negotiatoræ, juxta castra Israël, cum idolis suis, & cibis idolo conſecratis, &c. O quo! per feminas arcentur à terra promissionis! &c. Cornelius hic.

Et fornicatus est populus &c. Num. 25. 1. Disce, quanta illecebra, & vis pulchritudinis in feminis. Contra Hebreos milites, non armatas turmas, sed pulchras feminas instrui præcepit Rex Balac consilio Balaam; quem Origenes hic ita inducit loquentem: non virtute militum, sed mulierum decore, pugnandum est: forma vincit

armatos, ferrum pulchritudo captivat; vincentur specie, qui non vincuntur proliō. Id. ib.

Favus stillans labia meretricia. Proverb. 5. 3.

Ex Novo.

Si oculus tuus dexter scandalizat te &c. Matth. 5. 29. Author Imp. hom. 12. intelligit opus sub prætextu pietatis. Pura era mulier quædam religiosa, & virgo; respexi, consideravi, & dixi: debo visitare illam mulierem affidive; ut, si quid religionis ignore quasi mulier, instruam illam, & confirmem ipsam in bono proposito ejus. Bonus respectus est iste, & dexter oculus. Sed dum affidive visito eam, decidi in laqueum desideri ejus; & ille bonus respectus meus, & dexter, factus est mihi in scandalum. Oportet ergo prædere tale opus bonum, quod vel mihi, vel alieri, generat malum.

Accesſus ad eum mater filiorum Zbedi, Matth. 20. 20 Si Christi per viam comes erat, quid necesse fuit dicere, acc. ſeff? S. Chrysostom ait: cum mysterio, & circumſpectione, Joannem id dixisse: licet enim Christum promiscue vihi, ac mulieres, ſequerantur; veritas men ſimile est, mulieres procul inde tum Christum, tam ejus discipulos fecutas.

Mirabantur, quia cum muliere loquebatur. Jo. 4. 27. Mirabantur forte præ nobilitate. Hugo Card. hic. Cajetan. nulla in textu alia redditur ratio hujus admirationis, nisi locutio Christi cum muliere. Et dixit hoc Evangelista, ad significandum, inſolitam ſuile Christi locutionem cum muliere. Miramus enim infolta.

Bonum est homini mulierem non tangere. 1. Cor. 7. 1. Animadvertem illi Apostoli prudenter. Non dixit, bonum est, uxorem non habere; sed bonum est, mulierem non tangere: quali & in tactu periculum sit; quia, qui illam tetigerit, non evadat: quia virorum pretiosas animas rapit; quae facit adolescentiam evolare corda. S. Hieronymus l. 1. adverſionem Jovinianum.

Lingua ignis est. Jacobi 3. 6. Audi Iſaiam 40. 6. omnis caro ſanum. Amboreum dicunt. Ergo mentiris, si dicas, audire te, & non ardere: nam, si caro es, ſcenum quoque es. Si autem Lingua ignis est, admoveri ſeo ſine incendiō non potest. Olivaſ. 6. D. 3. Quade.

Tenella Scotia regina mira arte ſtuvum ſibi effigi curavit, in cuius manu polum aureum, gemmis ornatum: quod qui tetigit, mox jaculis innumeris inde profligebat. Cardanus de rer. variet. l. 12. c. 6.

Ex Patribus, & aliis.

Solus cum ſola, ſecretō, & absque arbitrio, vel teste, n̄e ſedcas. S. Hieronymus ep. 2. Neptiano Clerico.

Cetē

Certè solum ad solam accedere, nulla religio-
nis ratio permittit. S. Basilius in regula. De
S. Augustino Possidoni in vita: si forte ab a-
liquibus fœminis, ut videretur, vel salutare-
tur, rogabatur; nunquam sine Clericis testi-
bus ad eas intrabat; vel solus cum solis nunquam
est locutus; nec si secretorum aliquid interesset,
Sanct. Carolos Borron. cum fœmina, etiam
confanguinea, nunquam locutus est; nisi ex gra-
vioribus domesticis aliqui interessent, ut habeat vita
l. 7. c. 6.

Fœminarum congressus, ut precipua dia-
boli tela, quæ maximos viros præcipites inter-
dum egerunt, omnino vitandi. Quodque mi-
rum in hoc genere: etiam nulla libido, nulla
peccandi voluntas, nihilque, nisi sanctum in di-
uis, factisque, admiremur; & tamen in ipso
congressu natura titillatio quædam, ut sexus stan-
tim diversitas sentiatur. Earum oculi sunt fa-
ces; vox etiam muliebris sensum corrumpt.
Quamobrem felix, qui raro cum eis versatur;
felicior, qui nunquam. S. Basilius ferm. quod ca-
sitas vite spir. fundamentum.

Quod si te frequenter cum fœminis conver-
sari, nec ulli inde detrimeti offici, dixeris;
id quidam mihi persuaderi sinam. At illud i-
tem valim omnibus fidem adhiberi, à quibus la-
pides extenuari, ac rupes aqua guttis conti-
nenter cadentibus excavari dicunt quorum ver-
borum hujusmodi sensus est: quid rupeduriū
singi queat? quid item aqua mollius? Et qui-
dem aquæ guttula, & tamen affiduitas, natu-
raturam vincit. Quod si natura, quæ agre di-
moveri potest, dimovetur; idque, quod mi-
nimè debebat, perpetuit: quia tandem arte,
ac ratione, voluntas, quæ facile novetur
à consuetudine, non vincatur, & evertatur?
S. Isidorus Pelus. l. 2. ep. 284. Palladio Epi-
scopo.

Mulierum aspectus sagitta venenō illita; quæ
ferit animos, & venenum immittit. S. Nilus or.
2. de luxuria.

Ad ignem potius ardente, quam ad mu-
lierem juvenem, juvenis appropinqua. Idem
ibidem.

Nè velis dicere: loquor cum muliere, &
mundus sum. Ignem luxuriæ accedit confabu-
latio mulierum. Facies mulieris sagitta est
truculenta; infixit vulnus in anima, & vene-
num. Magis appropinqua igni ardenti, quam
mulieri. Hugo de S. Victore. de contemptu
Mundi.

Ipse vel aspectus mulieris telum est veneno
thalitum. Quemadmodum splendorem lu-
cernæ alit oleum; sic & colloquium mulieris
ignem reaccendit voluptatis. S. Antiochus Abb.
hom. 17.

Non est tuta mulierum, quantumcunque
sanctorum, cum viris etiam Religiosissimis co-

habitatio, & familiaritas: quia potest fieri, ut a-
mor à spiritu incipiat. Sed vehementer formi-
dandum est, nè per blanditias sensim carne con-
sumatur. Quocirca scriptit quædam devota mu-
lier: nihil nihil ita se habere suspectum, sicut
dilectionem; & plus quam diabolum; etiam
dum circa divina, & personas probatae sancti-
tis, versatur. Gerson de distinet. verar. vision.
signo. §.

Magna est inter utrumque sexum adhibenda
custodia: quoniam, operante hoste antiquo, in
illa chara Societas, naturali vinculo colliga-
ta, periculum dulce ingestum est. Simon Cas.
l. 9. c. 32.

Praeclarè senior ille apud Sophronium in pra-
to spir. c. 119. filiali, sùl ex aqua est; & si ap-
propinquet aquæ, mox solvit, & deficit. Et
Monachus est ex muliere; si appropinquet mu-
lieri, solvit & ipse. S. Thomas omnes mulie-
res semper horruit, & fugit, quasi serpentes; e-
tiam postquam visor tentationem à duabus an-
gelis cinctus est. Regina sicilia, S. Ludovici
ex Franciscana familia Episcopi mater, cum ad
se Neapolim venientem, ut filium suum, more
Gallicò osculari volebat. Renuit ille. Tum illa:
nunquid non sum mater tua? cui illa: sed mu-
lier es; quam Servo Dei osculari non licet. Co-
nelius in Num. c. 25. v. 18.

S. Xaverius dicere solebat: fœminas majori
periculô vel castitatis, vel famæ, adiri, quam fru-
ctu. Corn. in c. 34. Gen.

Quidam Frater accusatus, quod manum te-
tigisset mulieris, ait: mulier bona fuit. Re-
spondit Sanct. Jordanus: pluvia bona est, &
terra bona est; lutum tamen ex horum
commixtione generatur. Bolland. 13. Febr. in
vita c. 8.


§. IX.

Fœminarum aspectus nocet.

Nec capiari nusibus illius. Prov. 6. 25.
Audivi in Belgio matronam sapientem, &
sanctam; monentem Confessarios, etiam Reli-
giosos, & sanctos; ut caverent sibi ab aspectu, &
colloquiis fœminarum pœnitentium: quia inquiet-
bat illa, adeò illices sunt oculi earum; ut si in
virum quempiam illos desigant, illum amore sui
planè ircent. Addebat: certa sum, non esse
virum adeò gravem, & constantem, cui, si
fixè eum reciprocè per quadrantem intuita fue-
ro, non persuaderim, quidquid voluero. Cor-
nelius hic.

*Non intuearis vinum, quando flavescit
&c. Prov. 23. 31.* Non intelligitur de colore
vini, sed mulieris pulchræ, in vitro, id est, cor-
pore vitrō débiliōri. S. Vincentius Ferr. S. de
exalt. S. Cruc.

Vidi similia præcedente paragrapho inter
Pates.



D d d 2

Titu-